

- 625 CLVII. *oblatus a J. te d'Estampes* p. 478. ubi de primis rhythmi hujus Opusculi lingua latina, belgica et germanica Editionibus pertractat. Caret illud *Praefatione*, quae in Editione, quam dicitur Autor *Secundam* adpellat, cujusque Exemplum optime servatum a *Coelestinis Parisiensibus* ad Bibliothecam Ducis de la Valliere, ex ea porro divendita in *Caesaream* tranfiit, ita orditur:

*Prohemium cuiusdam incipit noue compilationis
Cuius nomen et titulus est speculum humane saluationis &c.*

Constat *Capitibus XLV.* quibus Reparationis humanae *Ὀικονομία* inde a Lapfu Angelorum usque ad Adventum S. Spiritus exponitur, adiectis deinceps multis de extremo Iudicio, Poenis Damnatorum, Beatorum Gaudiis, Vita B. V. Mariae, VII. Horis Canonis, totidemque Mariae Tristitiis et Gaudiis, quae omnia in singulis fere Capitibus *tribus Figuris* e Vet. Testamento, quin et

Historia profana depromtis illustrantur. *Picturae* singulis Columnis praefixae longe rudiores sunt, quam quidem Iconis illi xylographici, quibus ornata est memorata Editio; numero vero sunt CXCII. cum in Edit. tantum CXVI. censeantur. *Pictura* prima Deturbationem Sathanae in infernum sistit, atque sub ea Textus ita incipit:

*Incipit speculum humane saluacionis
In quo patet casus hominis et modus reparacionis
In hoc speculo potest homo considerare
Ob quam causam creator omnium decreverat hominem
creare &c.*

Codicem multo uberiores esse Editione, ex ipso *Picturarum* numero facile vides; sed etiam in illis ipsis, quae communia habent, Lectio saepe varia est, quod exemplis docere pronum foret,

si quidem operae responderet pretium. *Pictura* postrema Deum Patrem B. Virgini coronam imponentem exhibet; Textus vero definit:

Quod

*Quod nobis omnibus prestare dignetur dominus ihesus christus
Qui cum patre et spiritu sancto est in perpetuum benedictus.
Amen.*

*Explicit liber speculum humane
sal. De Autore, quod adfirmem,
non habeo. Ordinis Praedicatorum
fuisse suadet Caput XLIV.
de Tristitiis B. V. quae Fratri
cuidam hujus ordinis revelatae
fuisse dicuntur; unde et depictus
ibi praeit.*

CLVIII. VI B4

57 Codex membraneus lat. Sec.
ut videtur XIV. Folior. nunc 9.
f. pictus potius, quam scriptus
continet quavis pagina Iconismos
duos coloribus illustratos exhibentes
in medio Mysterium quoddam
N. T. circumdatum undique
figuris ex V. T. depromptis Mysterium
illud adumbrantibus, et Prophetarum
oraculis illud praefig-

*Vipera uim patitur de impaciente puella.
Virgo salutatur innupta manens grauidatur.
Rore madet uellus remanet tamen arida tellus.*

Infra ad dextram Virgo cum serpente,
ad sinistram Gedeon cum angelo. In
medio Angelus salutans Virginem. Circa
sunt Prophetae, Isaias cum lemmate: *Ecce
Virgo concipiet et pariet.* David: *Descendet
sicut pluuia in uellus.* Ezechiel: *Porta
clausa erit et non aperietur.* Jeremias: *No-
uum fecit dominus super terram.* Ita et
reliqui Iconismi procedunt numero XXXIV.
suntque: *Natiuitas Christi. Epyphania domini.*

nantibus. Frons cuiusvis Iconismi
loco biblico et versibus tribus leonini
figuras explicantibus insignita est.
Damus *διεργασίην Iconismi*
I. fol. 1. p. 2. Ad dextram: *Legitur
in Genesi. Quod dominus dixit serpenti.
Super pectus tuum gradieris. Et postea
ibidem legitur de serpente et muliere. Ipsa
conteret caput tuum. et tu insidiaberis
calcaneo eius. Nam istud in annunciacione
beate Virginis ad impletum est. Ad
sinistram: Legitur in libro Judicum.
quod Gedeon petiuit signum uictoriae.
in uellere per pluuiam irrigandum
que figurabat uirginem gloriosam sine
corruptione corporis impregnandam
ex spiritu sancti infusione. Subiecti
tres hi versus:*

*Purificacio. Fuga cristi in egyptum.
Venit in egyptum. Innocentes occiduntur.
Reuersio de egypto. baptisumus domini.
Temptacio dyaboli. Transfiguracio domini.
Inuitacio Zymonis. Resuscitacio Lazari.
In die palmarum. Expulsio uendentium
de templo. Cena ultima. Cayphas Judas.
(Semper nigricomus) Judas uendit cristum.
Judas osculatur cristum. Hic presentatur
pylato. Coronacio domini. Portacio crucis.
Passio domini.*